OFFICIA

VARIA

MILLTOWN PARK, S. J.
LIBRARY (1568)
O'BRIEN BEQUEST.
~~Press~~ Section ~~Shelf~~
C 2. / 03

EX LIBRIS
SOC. IESU, PROV. HIB.,
MILLTOWN PARK.

EX LEGATO
GULIELMI O'BRIEN
Justiciarii
AN. 1899.

B.C.D — S. W. C. Dover —
1883

R. D. Dyneley

C

Officium sancte Catherine virginis ⁊ martyris.
Sancti Alexandri martyris.
Sancti Panthaleonis martyris.

sctē Catherine.

In vigilia sctē Catherine virginis ⁊ martyris. Ad vesperas ant: Passionem gloriose virginis Catherine. Capit.

Sapientia vincit malitiam: attingit ergo a fine vsq; ad finem fortiter: ⁊ disponit omnia suauiter. ℟. Deo gratias. Ad vesperas Hymnus

Catherina mirabilis, atque deo amabilis, p oia laudabilis, nobis succurre miseris.

Hdis nobis erulibus, tuū festum colentibus, ⁊ carentes virtutibus, nos subleua celestibus.

De tuis sacris ossibus, manat liquor languentibus, curando eos langoribus. tuis orationibus.

Post triumphum martyrij te portauerūt angeli, in mōte sancto synai, sic iusserat vox domini.

Que duz eras in seculo, corde viuebas domino, flore florēs virgineo, regis nites in solio.

Unde virgo sanctissima, nos de morte perpetua, salua prece assidua, per seculorum secula.

Hec deus det omnipotens, ⁊ filius omnitenens, cuz spiritu paraclyto, qui regnat sine termino. Amen. ℣. Ora pro nobis beata catherina. ℟. Vt digni efficiamur pro

missionibus christi. Ad magnificat añ.
Prudens & vigilans virgo Catherina, qualis es cũ spõso tuo, qui te elegit virgo de mũdo Quã pulchra, quã mirabilis, quanta luce spectabilis, inter syon iuuenculas & hierusalem filias: thalamo gaudes regio cõiũcta dei filio

Deus qui dedisti legem moysi Oro. in sũmitate montis synai & in eodem loco per sanctos angelos tuos corpus beate Catherine virginis & martyris tue mirabiliter collocasti: tribue quesumus vt eius meritis & intercessione ad montẽ qui christus est puenire valeamus. Per dominum nr̃m. Ad matutinũ Inuitatorium.
Adoremus christum regem sempiterne glie.
Qui beatam Catherinam coronauit hodie.

ps. Venite exultemus dño. Ad nocturnũ hymnus.
Congaudentes cũ angelis & cũ choris virgineis festuz colamus virginis Catherine cum canticis.
Quam dñs in carcere: per columbam mirifice: sua pauit dulcedine, de dono sue gratie. Tanc spiritus sic docuit, sapienter vt decuit, quod in doctos preualuit nec superari potuit De cuius sacro vulnere, lac manauit pro sanguine: hoc non venit

ex vbere, sed ex diuino munere. Presta pater ingenite, & tu fili altissime, cũ spiritu paraclyto: qui regnas in perpetuũ. Amẽ. In primo noct. ãna. Virgo sãcta Catherina grecie gẽma, vrbis alexãdrie costi regis erat filia. ps Dñe dñs noster. Ãna Inter aras ydolor̃ Christũ regẽ angelor̃ virgo prudẽs predicauit, phana vana pphanauit. ps Celi enarrant. Ãn Hãc celestis animauit nũcius ad prelia, animãdo cõfortauit que diuina gr̃a constanter euacuauit doctor̃ gimnasia. ps. Dñi est terra. Incipit hist: l: bt̃e Catherine virginis & martyris. Lectio prima.

CAtherina Costi regis filia omnibus liberalibus studijs erudita fuit. Cuz aũt maxẽtius iperator oẽs tã diuites quã pauperes a dalexãdriã cõuocasset vt dijs imolarẽt, & xpianos imolare nolẽtes puniret. ℟. Sũme maiestati debitas laudes reddat ecclesia triũphũ recolẽs Catherine virginis, gẽme splẽdentis celesti lumine. Q ue totũ replet suis orbẽ radiis. ℣. Hec est virgo gr̃a celica beata, cuius superne cor illustrat claritas lucis. Q ue totũ replet. Lectio. ij

CAtherina cum esset decez & octo annorum in palatio diuitijs & pueris

pleno, sola cum remansisset, audiens animalium diuersoꝝ mugitus ꝛ cantantium plausus in templo deoꝝ, misso illuc nuncio inquiri iussit celeriter quid hoc esset, qꝫ cū didicisset assumptis aliquibus de palatio signo crucis se muniēs illuc accessit: ibiqꝫ multos christianos metu mortis ad sacrificia duci conspexit. ℣. Sacris erat literarum Catherina virgo doctrinis iustructa. Que regem perfidum superauit maxentiū, ℣. Erat verax Legis interpres, cui christus magister erat. Que regem. Lectio ꝫ.

QUe vehemēti dolore cordis sauciata ad imperatorē se audacter ingessit, ꝛ sic ait. Salutationē tibi proferre, ꝛ ordinis dignitas ꝛ rationis via premonebat, si creatorē celoꝝ agnoscerem ꝛ a diis animum reuocares. ℣. Hæc quinquagenos oratores superatos dirigit ad celos aurū velut Igne probatos. ℣. Efficiens testes fidei quos pertulit hostes. Igne probatos. ℣. Gloria pri. Iussu. In scdo nocturno añia. Iussu regis tori traditur, virgo christi flagellis ceditur, cesa domo ceca claudit. ꝑs Eructauit. Añia. Lux de celis illustrauit quam cesar incarcerauit, hāc regina visiauit.

& se christo sociauit. ps. Deus nr̃ refu.
Aña Dilecta deo catherina, cui colũba mi-
nistrauit, & confortauit refectione celica. ps
Fundamenta eius in mon. ℣. Adiuua
bit eam deus vultu suo. ℟. Deus in me-
dio eius non commouebitur. Lectio 4.

STansq3 ante ianuã templi per varias
cõclusiones sylogismorum allegorice
⁊ mathematice diserte ⁊ mistice, multa cũ
cesare disputauit. Deinde rediens ad cõ-
mune colloquium dixit. ℟. Virgo flagel-
lat̃ cruciãda fame religat̃, carcere clausa ma
net, lux celica fusa refulget. Fragrat odor dul
ces cantant celi agmina laudes. ℣. Sponsus
amat spõsam: saluator visitat illam. Fragrat.

HEc tibi tãquã sapiẽti, pfer) Lectio. 5
re curaui. Nũc aũt quare in cassum
congregasti hãc multitudinẽ ad colendã
stultitiã idoloꝝ. Miraris hoc templũ ma
nu artificis operatũ. Miraris ornamen-
ta preciosa que velut puluis ante faciẽ vẽ-
ti erunt. Mirare potius celum ⁊ terram,
mare ⁊ omnia que in eis sut. ℟. Domo
clausa tenebraꝝ virgo dñi fit claritate fulgi-
da celi, que regine dirigit mentem. Ad perẽ
nem angeloꝝ gloriam. ℣. Veritatem docẽs

plures sanctitatis exéplo ꝓuocat. Ad peréné.

Mirare ornamenta celoꝝ: Lcō. vj.
solē videlicet: lunam, ⁊ stellas. Mirare famulatū eoꝝ qualiter a mundi initio vsqꝫ ad finem nocte ac die currunt ad occidentem, ⁊ redeunt ad orientem, nec vnquam faticantur. ℟. A summo niuea celo labente columba, Celi pane suam reficis. Saluator alumnam. ℣ Quam specie carnis veneratur carcere clausam celi. Gloria patri. Saluator. In tertio noc. añ. Hec est spōsa que sic spōsum celestem dilexit, quod terrene dignitatis gloriam despexit & errores uerbo vite multorū correxit. ps. Cantate domino. Añ. Cesar eius uisa cōstantia: quam nec flexit ars neqꝫ versutia, rotas fabricari iussit: igne deus has combussit. ps. Dominus regnauit. añ. Celesti tyrannus territus prodigio, precipit vt virgo puniatur gladio oranti salubris virgine promissio fit de celo cese adest celi cōcio. ps. Cantate domino, ℣. Elegit eam deus & preelegit eam. ℟. In tabernaculo suo habitare fecit eam.

Lectio sancti euangelij ſm Mattheum.

In illo tempore, Dixit iesus discipulis suis parabolā hanc. Simile est re-

gnum celorum thesauro abscondito in agro quem qui inuenit homo abscondit & pre gaudio illius vadit & vendit vniuersa que habet & emit agruz illum. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdē. Lectio septima.

ET cum aduerteris, discē quis sit eorum potentior. Cum autem ipsum ipso donante intellexeris, nec similem illi inuenire valueris, ipsum adora. ipsum glorifica. Ipse est enim deus deorum, & dominus dominantium. Cum de filij incarnatione sapienter plurima disputasset: stupefactus cesar ad hec non potuit respondere. ℣ Maxentium & omnem eius gloriam contempsi propter amorem domini mei Iesu Christi. Quem vidi, quem amaui, in quem credidi ego Catherina. ℣ Regum regis celestis spreuit pro quo regnum obtinet nunc celestis. Quem vidi.

Lectio octaua.

TAndem autē ad se reuersus dixit ad eā sine o mulier sine nos finire sacrificiū & post hec responsa reddemus. Suscepit igitur eā ad palatium duci & cum oi diligentia custodiri, admirans nimiam eius prudentiā & corporis pulchritudinē.

℟. Mira christi pietate protecta sanctissima
A tormentis liberat, fracta rote fabrica. ℣.
Et celestis ope sponsi comprobetur perfrui.
A tormentis liberatur.

Lectio 9.

FRat enim speciosa valde ⁊ incredibili pulchritudine omnium oculis admirabilis videbat. Veniens igitur Cesar ad palacium dixit. Catherina audiuimus tuã eloquentiã ⁊ mirati sumus tuã prudentiã. Sed in deorũ sacrificijs occupati omnia plene intelligere nequiuimus. ℟. Ora pro famulis regem catherina supremũ Regna parata bonis det eis qui regnat in euũ. ℣. Munere diuino seruos seruare meméto. Regna ℟. Eterne virgo memorie, Quam sibi desponsauit rex glorie. ℣. Virginis proles egregie & sponsus virginis ecclesie. Quam sibi.

Ad laudes ⁊ per horas añ. Passionẽ glorie virginis catherine deuote plebs celebret fidelis. que sui memores deo cõmendet meritis & iuuet beneficiis. ps. Iubilate deo.

Añ. Glorioſa dei martyr & virgo dulcissima precibus te venerantium annue piissima vt a malis eruamur, per te semp protegamur ps. Deus deus meus. Añ. O miranda charitas sub iugulo virgo deo supplicat pro

populo orans vt scelerum det veniam suam agētibus memoriā, ps. Benedicite. Aña. Vox de celis intonuit, veni dilecta mea veni intra thalamum sponsi tui quod postulas impetrasti, pro quibus oras salui erunt. Aña. Gaudent in celis agmina sanctorum, letantur exercitus angelorum de tanto collaudāt virginis triumpho regem supernum, que felix cū illo regnat. Ad laudes Capitu vt sup. Sapiētia vincit malitiā. Ad laud hym.

AD festū sancte virginis catherineq3 martyris, de letentur populi: p omne tempus seculi. Hec nam virgo deo digna, pia dulcis ⁊ benigna bis sex dies ieiunando compleuit ergastulo. Qui missus est michael archangelus ⁊ signifer, vt secura de prelio dei sit adiutorio. Qui pugnātes vituperat, illi cum quibus lis erat: dicens qui in deo sperat, semper vincit si sufferat. Demū christus apparuit, quem virgo sancta meruit, videre quia renuit, mundū de quo nō doluit. Virgo nata regis costi, miserere semper nostri: ne sit dies iudicij, nobis pena supplicij. Illud imple qd petisti: ⁊ tu rex qui ꝓmisisti: vt in exitu anime, sit nobis salus venie. Laus honor ⁊

imperium, sit creatori omnium: cum nazareno filio: ⁊ spiritu paraclyto. Amen. ℣. Ora pro nobis beata mater Catherina. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi. Ad benedictus an. Virgo niuei candoris, martyr rosei ruboris, veris vernans flore: vere flores es decore, sponsa saluatoris, tibi tui dant honoris laudem voce sonora, tu pro tuis semper Christum exora. Ad tertiā. Capitulū. Sapientia. ℟. ia bre Specie tua & pulchritudine tua. ℣. Intende prospere procede & regna. ℣. Adiuuabit eam deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius non commouebitur.

Ad sextam. Capitulum

HAnc amaui ⁊ exquisiui a iuuentute mea, ⁊ quesiui sponsam mihi assumere ⁊ amator factus sum forme ilius. ℟. ia bre. Adiuuabit eam Deus vultu suo. ℣. Deus in medio eius nō commouebitur. ℣. Elegit eam deus & preelegit eā. ℟. In tabernaculo suo habitare facit eā. Ad nonā.

GEnerositatē illius significat contubernium habens dei, sed ⁊ oīum dn̄s dilexit eaz doctrix est enim discipline dei. ℟. ia bre. Elegit eā deus & preelegit eā. ℣.

ſctē Catherine

In tabernaculo ſuo habitare facit eā. ℣. Diffuſa eſt grā in labiis tuis. ℟. Propterea bene dixit te deus in eternū. In ſcōis veſpis añ. Paſſionē. Capſm. Sapientia. Ad magnificat añ. Sancta Catherina virgo caſtiſſima, martyr glorioſa grecie gēma ſuccurre precāti ſaluari q curat ppl'o tu que meruiſti ſalutis premiū obtinere tua prece tuis piis cōmemorib⁹ angelor⁹ ab ore ſumēs illud donū miſerere peccator⁹. Oro. Deus qui dediſti legē.

Lectiones infra octauā ſancte Catherine.

NOnc autē ab initio progeniem tuaz requirimus. Et ſancta ad hec. Scriptum eſt. Nec te collaudes, nec te culpaueris ipſe. Hoc faciunt ſtulti quos gloria vexat inanis. Confiteor tñi meā progeniē non timore ſactantie: ſed humilitatis amore. Ego ſuz Catherina coſti regis filia Que quāuis in purpura nata, ⁊ liberalibus diſciplinis non mediocriter inſtructa: hec tamen oia contempſi, ⁊ ad dñm Jeſum cōfugi, Dij autē quos colis, nec te nec alios iuuare poſſunt. O igitur infelices talium numinum cultores, qbus nunquā in neceſſitate aduocatis adſunt, ⁊ in tribulatione non ſuccurrunt: ⁊ in periculis non defendunt.

Cui rex: si ita est vt asseris ergo totus mũ-
dus errat ⁊ tu solum verum dicis? cum ta
menomne verbum in ore duoruz vel triũ
testium confirmet. Si angelus esses, si celi
ca virtus, adhuc tibi nemo credere debe-
ret: quanto minus cuz femina fragilis esse
probaris? Cui illa. Ne obsecro cesar a fu-
rore te vinci permittas. In sapientis ani
mo stat turbatio dura.

Lectio quarta.

Sic namqz poeta ait. Te si animo rege
ris rex es. Si aũt corpore seruus ⁊ rex.
Ut video igitur pestifera calliditate nos
auertere disponis, dũ per exẽpla philoso-
phoz nos protrahere niteris Videns au
tẽ cesar q̃ eius sapientie obuiare nõ posset
mãdauit occulte p̃ literas vt grãmatici ⁊
rhetores ad pretoriũ alexãdrie festinãter
venirent, imensa munera recepturi si con-
cionatricem virginẽ superarẽt. Adducti
sunt igit̃ diuersis prouinciis quinquaginta
oratores qui omnes mortales i omni sciẽ
tia excellebant. Quibus interrogãtibus
cur de tam remotis partibus euocati fuis
sent: respondit cesar. Est autem apud nos
puella sensu ⁊ prudẽtia incõparabilis: que
omnes sapiẽtes confundit: ⁊ deos nostros

demões esse assirmat: quã si superaueritis magno cum honore redibitis ad propria. Cui illi dixerunt, Adducat coram nobis puella, vt sua temeritate conuicta nunquã se sapientes vidisse agnoscat. Sed cuz virgo certamen quod imminebat didicisset totam se domino cõmendauit. Et ecce angelus domini sibi astitit, z vt cõstãter staret admonuit asserens quia nõ solum ab illis vinci nõ poterit sed insuper ipsos conuersos ad palmam martyrii destinabit. Cum ergo corã oratoribus adducta fuisset dixit imperatori. Quali iudicio cõtra puellam vnam quinquaginta oratores apponis? quos z pro victoria remunerãdos promittis, z me sine spe mercedis pugnare compellis?

Lectio septima.

Aderit tamen mihi dominus Jesus Christus qui est spes z corona pro se certantiuz. Cũqz illis multa de christi incarnatione ac eius passione proposuisset. impossibile dixerunt oratores deum fieri hominẽ aut pati, quod z virgo a gentilib? etiaz hoc predictum esse respondit. Nam Plato astruit deum circũ rotundum z tercurtatum. Sibilla quoqz sic ait. Felix ille

deus in ligno qui pendet ab alto. Cũ ergo virgo cum oratoribus sapiẽtissime disputaret ⁊ deos apertis rationibus confutaret obstupefacti sunt illi. Et quid dicerent non inuenientes muti penitus sunt effecti. Tunc imperator nimio contra eos furore repletus: eos increpare cepit: cum ab vna puella tam turpiter se vinci permiterent. Tunc vnius aliorum magister sic ait. Noueris imperator ꝙ nullus vnquam ante nos stare potuit, quin continuo vinceretur. Hec autem puella in qua spiritus dei sic loquitur: nos in admiratione conuertit: vt contra Christum aliquid dicere: aut ominno nesciamus: aut penitus formidemus.

Pro alio die

Vnde ĩperator cõstãter fatemur: ꝙ nisi probabiliorẽ sñiam de dijs quos vsqꝫ modo coluimus protuleris: ecce ad Christum oẽs conuertimur. Audiens hec tyrannus: nimio furore succẽsus omnes in medio ciuitatis cremari fecit. At virgo Christi ipsos confortans ad tolerandum martyrium constantes effecit ⁊ de fide Christi diligenter instruxit. Cum ergo crucis signo muniti flãmis fuissent iniecti: ita

animas domino reddiderunt: vt ne capilli quidē, nec eorum vestimenta in aliquo laederentur ab igne. Cum autē a christianis sepulti fuissent, tirannus virginem alloquitur dicens: o virgo generosa iuuentuti tue consule: ⁊ post reginam in palatio meo secunda vocaberis. Et imago tua in medio vrbis posita, a cunctis velut dea adorabitur. Cui virgo respondit. Desine talia dicere quod scelus sit etiam cogitare. Ego me sponsam tradidi Christo. Ille gloria, ille amor meus: ille dulcedo ⁊ dilectio mea. Ab eius amore, nec blandimenta nec tormenta poterunt me reuocare. Tunc ille furore repletus iussit eam spoliatam scorpionibus cedi: ⁊ cesam in obscurum carcerem tradi: ibiq3 diebus duodecim fame cruciari.

Lectio quarta.

Rege autem pro quibusdā causis instantibus extra regionis cōfinia procedente, regina eius nimio amore succensa cum militū principe, Porphirio nomine, media nocte ad carcerem virginis properauit, quem cum regina introisset, vidit carcerem inextimabili claritate fulgentē, ⁊ angelos plagas virginis vngētes. Inci-

piensqz virgo loqui de beatitudine ⁊ eternis gaudijs multa predicauit, ⁊ eam ad fidē Christi cōuertens, martyrij coronā predixit, sicqz vterqz ad multā noctē sermonē pertraxerūt. Cumqz Porphirius eadē audisset: ad virginis procidit pedes, ⁊ cuz ducentis militibus fidem recepit. Quod vero per duodecim dies sine cibo tyrānus eam esse iusserat, Christus ꝑ hos dies e celis candida missa columba: celesti cibo reficiebat. Deinde dn̄s cū multitudine angeloꝝ ⁊ virginū eidem apparuit dicens. Agnosce filia creatorē tuū: pro cuius noīe laboriosuz subisti cōflictū Cōstans esto qa tecū sum. Rediens igit̄ īperator: eaz sibi presentari iussit: ⁊ videns eā splēdidiorem quā tanto ieiunio extimabat afflictā, putauit ꝙ aliquis eam in carcere sustentasset: furore repletus custodes torqueri precepit. Illa vero ait. Ego cibum ab hoīe non accepi, sed Christus me per suuz angelum enutriuit. Cui imperator. Reconde oro qđ moneo in corde tuo: ⁊ noli dubijs respondere sermonibus.

Lectio septima.

NOn te quasi falsam possidere cupimus, sed vt regina potens ⁊ electa

Infra octauam

decore in regno triumphaberis. Cui vir-
go, Attende obsecro & tu: & iudicij exami-
ne veridica sanctione decerne: quē magis
eligere debeo: aut potētē eternū glorioſuꝫ
& decorū: vel infirmū mortalē ignobilem &
deformē. De duobuꝫ vnū tibi elige, aut sa
crificare & viues: aut exquisita tormēta vt
pereas subire. Et illa. Quecūqꝫ tormēta
potes cogitare ne differas, qa carnē & san
guinē Christo offerre desidero: sicut ipse
pro me seipsum obtulit. Ipse enim deus
meus pastor & sponsus & amicus meus.
Tunc quidaꝫ prefectus furenti regi suasit,
vt in triduū quatuor rotas seris & clauis
acutissimis circunseptas prepararet: vt tā
terribile tormentuꝫ virginem delectaret,
& ceteros christianos tā dire mortis exem
plum terreret. Ordinatumqꝫ est vt due
rote vno ordine voluerentur, due autem
contrario impetu agerentur: vt ille deor-
sum lacerando contraherent, alie repu-
gnantes sursum deuorando impingerent.
Tūc virgo beata dominū exorauit vt ad
laudē sui nominis & cōuersionē populi cir
cunstantis ipsaꝫ machinam dissiparet. Et
ecce angelus dñi molam illam cum tanto

impetu diuellendo cōcussit, & quatuor milia gentilium interemit. Pro alio die.

Regina autem que desuper hec aspiciebat, & vsq; nūc se celauerat, statim descendens imperatorem de tanta seuitia durius increpauit. Rex autem furore repletus cum regina sacrificare contemneret: iussit eam extractis mammillis prius decollari. Que cum ad martyrium duceretur, Catherinam rogauit vt pro se dominum deprecaretur. Que respondit. Ne timeas a deo dilecta regina quia tibi hodie pro trāsitorio regno, cōmutabit eternum, pro mortali sponso tibi immortalitatē acquires. Tunc illa constans effecta tortores hortabatur ne quod iussi fuerant facere morarentur. Ministri ergo extra ciuitatem eā ducentes: ferreis hastilibus māmillas eius euellunt, & post modum caput eius precidūt. Cuius corpus Porphirius rapiens sepeliuit. Sequenti die dū de corpore questio fieret, & multos ex hoc ad supplicium protrahi tyrannus iuberet. Porphirius prorumpens in medium exclamauit dicens Ego sum qui Christi famulam sepeliui & Christi fidē recepi. Tūc maxen-

tius amens effectus rugitum terribilem emittens exclamauit. O miserum & miserande Ecce Porphirius qui erat vnicus anime sue custos: & totius laboris solatium deceptus est. Quod cū suis militonibus referret: illi protinus responderunt. Ecce nos etiam christiani sumus. Tunc cesar furore ebrius, omnes cum Porphirio decollari precepit & corpora eorum canibus dimitti.

Lectio quarta.

DEinde Catherinam aduocans dixit. Quānis arte magica reginam mori feceris, si tamen resipueris prima in palatio meo eris. Hodie igitur aut dijs sacrificia offeras aut caput omittes. Cui illa fac quecunq; animo cōcepisti. Paratā enim me inuenies ad oia sustinēda. Data ergo sentētia decollari iubetur. Que cū ad passionis locum ducta fuisset, erectis in celum luminibus sic orauit. O spes & salus credentiū, o decus & gloria virginū, Jesu Christe rex bone obsecro te, vt quicunq; passionis mee memoriam egerit, seu in exitu anime, vel in quacunq; necessitate me inuocauerit, tue ppitiationis cōsequatur effectū. Factaq; est vox ad eā dicēs. Veni dilecta

mea, sponsa mea: ecce tibi celi ianua est aperta. Nã his qui passionem tuam celebrauerint ⁊ te in necessitate inuocauerint, optata presidia promitto de celis. Deinde cũ decollata fuisset de eius corpore pro sanguine lac emanauit. Angeli autem eius corpus accipientes ab illo loco ad montẽ synai itinere dierum viginti dedurerunt, ⁊ honorifice sepelierunt. Ex cuius ossibus indesinenter oleum manat quod cunctorum debilium membra sanat. Passa est autem sub Maxentio siue maximino tyranno circa annum domini ducentesimum decimum. Qualiter autem maxentius pro hoc scelere ⁊ alijs que commisit punitus fuerit. in hystoria de inuentione crucis habetur.

Lectio septima.

NOtandum q̃ beata Katherina admirabilis apparet in quinq̃. Primo in sapientia. Scõo in eloquentia. Tertio in constantia, Quarto in munditia castitatis. Quinto in priuilegio dignitatis. Primo igitur admirabilis apparet in sapientia, ipsa enim sciuit omnes species philosophie, philosophia enim diuiditur in theoricam: praticam, ⁊ logicam. Theorica

diuiditur in tres. scilicet in intellectualem, naturalē, ⁊ mathematicam. Habuit ergo beata Catherina sapientiam intellectualē, ⁊ cognitionem diuinorū qua maxime vsa est in disputatione contra rhetores: quibus vnum solum deum verum esse conuicit. Scō naturalē cognitionē oīum inferiorum qua maxime vsa est contra imperatorem sicut ibidem patet. Tertio mathematica in cōtemptu terrenorum. Hec enim scientia ſm Boetium speculatur formas sine materia. Hanc autem beata Catherina habuit: quando animū suuz ab oī materiali amore subtraxit. Hanc enim se habere ostēdit, cum imperatori interroganti dixit, ⁊ respondit. Ego enim sum Catherina costi regis filia: que quāuis in purpura nata ⁊c. Hec maxime vsa est cū regina quā ad cōtemptū ⁊ despectū sui ⁊ desideriū regni animauit. Prologus die.

Practica aūt diuidit in tres, in ethicā, economicam, ⁊ politicam. Prima docet mores informare ⁊ se virtutib⁹ ornare: ⁊ ptinet ad oēs. Scōa docet familiā bñ cōponere, ⁊ ptinet ad patres familias. Tertia docet; vrbes ⁊ pplos ⁊ rēpublicā

bene regere, ⁊ pertinet ad rectores vrbiū. Hanc etiā triplicem scientiā habuit beata Catherina. Primā enim habuit cum se oīum mor honestate cōposuit. Secundaz cū familiā que sibi magis relicta fuit laudabiliter rexit. Tertia cū imperatorē sapienter instruxit. Logica diuidit in tres: in demonstratiuā, probabilez, ⁊ sophisticam, primū pertinet ad phos: sm ad rethores: Tertiū ad sophistas. Hanc etiā triplicem scientiā habuisse videt cuz de ea scribitur per varias cōclusiones syllogismor, allegorice ⁊ metaforice, diserte ⁊ mistice multa cum cesare disputauit. Secundo fuit ammirabilis in eloquentia, facundissima in rationē reddēdo sicut patet cū dicebat imperatori. Miraris hoc templū manu artificis fabricatum ⁊c. Lectio quarta.

Sauissima in attrahēdo sicut in porphirio ⁊ regina: quos eloquij sui suauitate ad fidem attraxit. Efficacissima in cōuincēdo, sicut patet in rhetoribus quos potēter cōuincit. Tertio in cōstantia, fuit enim cōstantissima in minis illatis quia cō tempsit. Unde imperatori minanti sic respondit. Quecunqz tormēta cogitare po

tes ne differas, quia carnem ⁊ sanguinem meū Christo offerre desidero. Itē fac quecunqz animo cōcepisti. paratā enim me vt debis ad omnia sustinēda. Secūdo in donis oblatis quia ea respuit. Unde cū imperatoꝛ sibi ꝓmitteret ꝙ eam in palatio secūdam haberet respondit. Desine talia dicere, ꝙ scelus est etiam cogitare ⁊c. Tertio in supplicijs irrogatis quia ea superauit sicut patet, quando fuit posita in carcere ⁊ super rotā Quarto in mūditia castitatis. seruauit enim castitatez inter ea inter que castitas periclitari solet. Quinqz enim sūt in qbus castitas periclitari solet. Quinqz enim sunt in qbus castitas periclitatur, scilicet affluētia resoluēs, opportunitas inducens: iuuētus lasciuiēs, libertas effrenas, pulchꝛitudo allicies. Lectio septima.

INter hec beata Catherina castitatem seruauit. Habuit enim maximā affluētiam rerū, vt pote que tam ditissimis parentibus successisset. Habuit enim oppoꝛtunitatē: vt pote que sui domina tota die inter suos famulos versabaꝫ. Habuit eniz etatem iuuenilem. Item sui libertatē, quia sola ⁊ libera in palatio remansit. De his

quatuor dicitur supra. Catherina cū esset annorum decem & octo in palatio diuitijs & pueris pleno, sola remansit. Habuit etiā pulchritudinē. Unde dicit qa erat speciosa valde & incredibili pulchritudine oīum oculis admirabilis videbatur. Scō in priuilegio dignitatis. Quedā enim priuilegia fuerunt in aliquibus sanctis duz decederent. Ut Christi visitatio: quod fuit in Joanne euangelista: olei emanatio quod fuit in beato Nicolao. Lactis effusio quod fuit in beato Paulo, sepulchri preparatio quod fuit in beato Clemente. Petit tonū exauditio qō fuit in beata Margarita quā do orauit pro agentibus sui memoriam. Hec autem oīa fuerūt in beata Catherina in simul sicut patet in legenda. Tu autem domine miserere nobis.

℣ In vigilia sancti Alexandri martyris cuius festuz celebratur vigesima sexta die augusti. Ad vesperas añs Audiēs deuotus Christi. ℣ps. Dixit. cum reliquis in fine. Laudate dñm oēs gentes. Capitulum.

(Audeant hodie pergamēēs conuenientes in vnū, p solēnitate ipsorum pīis & pīie beatissimi martyris Alexādri:

⁊ Chr̄o laudes studiosius referāt, q vt genus humanū redimeret: de sinu p̄ris descēdit in terrā. ℟. Deo gr̄as. Hymnus.

Alexandri militia mūdi deuicit vitia, noxas abstersit scelerum cōditor alme syderum. Legem diuinam meditans hostes cunctos suppeditans: hunc illustrauit celitus a patre vnigenitus. Edictum cesar protulit quod Alexander propulit: proiectis libaminib⁹ exultet celū laudibus. Christuz fatetur libere corde ore ⁊ opere: pro te suffert martyriū xp̄e redēptor oīuz. Rex pater nate sp̄ūs rogamus preces celitus, post mūdi huius tristia beata nobis gaudia ℟ Amen. ℣. Ora pro nobis beate Alexander. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi. Ad magnificat ana.

O Chaiste redēptor & vere mūdi saluator vt nos saluares seruos & redimeres tuos semper fideles tribuisti patronos sancti: Alexādri cōgregatos laudibus audi famulos. Oratio.

Quesumus omnipotēs ⁊ misericors deus, vt sicut militi caput beatissimi martyris tui Alexandri, tanquā mōtē apparere iussisti, ⁊ eū tremere fecisti, ita ꝑ eius intercessionē contremiscant oēs

insidie aduersariorꝝ: vt grex tuus quē tuo precioso sanguine redemisti ab oibus malis liberatus, nihil patiatur erroris. Per dominum. Ad matutinum inuitatoriuꝫ Glorioſus Alexander Christi miles triūphat coronatus in celis. Venite adoremus. ℘s. Uenite exultemus dño. Hymnus

Alexander martyr dei calens feruore fidei: decus accepit brauij summi largitor premij. Narrat eius magnalia pergamensis ecclesia, ipsuꝫ laudemus cantico, ex more docti mystico. Deum videt in iubilo abiecto carnis nubilo, cōmutant mundi aspera eterna Christi munera. Ex egypti voragine effuso pro te sanguine, trā sit ad te cū gaudio Jesu nostra redēptio. Rex pater nate spiritus rogamus preces celitus, post mundi huius tristia beata nobis gaudia. Amen. In primo nocť. aña. Elegit sibi dominus duces in plebe Mauritium sanctum & martyrem Alexandrum. ℘s Beatus vir. añ. Tebeorum quoqꝫ insignis votorum suorum compotes vnda baptismatis confidenter sunt roborati. ℘s Quare fremuerunt. aña. Quibus Christus consecrandis martyribus deuotionis cō

cessit tantum sue gratiã, vt fide cõstantes eos pbaret. ℣. Dñe qd multiplicati. ℟. Gloria & honore coronasti eũ domine. ℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarũ.

Incipit passio beati Alexandri martyris.

Lectio prima.

TEmpore itaqz Maximiani cesaris exardescente diabolo contra catholicam fidem facta est super eos persecutio magna, qui pia religione in toto ore Christum colebant. Dederat autẽ oibus in mãdatis prefectis, vt vbicunqz Christũ colentes publica potuissent examinatione perquirere diuersis eos supplicijs ac feraruz morsibus lacessitos ad vltimum, capitali sententie deputarent. ℟ Celebris nobis aduenit lux propagata sancti martyris Alexãdri militis, in cuius solenniter passione gaudent agmina supernorum. Et collaudant eternum in sanctis dominum glorioſum. ℣. Letetur nostra deuotio, quia exultant sancti in celo Et collaudant eternũ. Lectio secũda.

FActum est aũt in illis diebus quibus hec crudelis est promulgata sentẽtia, vt beatus Alexander Christi preueruus gratia constanter fidem dominicam sacre

regenerationis vnda susceperet. ℟. Festi uitatem magnā martyris deuota promamus Alexandri laude: dignū eius est festū. Cuius fides illuminat sanctā ecclesiā nostrā quē patrie protectorē habemus. ℣. Inclytus martyr intercedat pro nobis: cuius merita credimus pollere in celis. Cuius fides. Lectio.iij.

QUod Maximianus audiens post dies ferme quindecim missis apparitoribus cum suis aspectibus precipitantur iussit assistere. Quem ita crudeli vesania affatus est dicens. Pro nulla alia re te accersiri precepi, nisi quoś reliqueras, dijs sacrificia ponas, cōperi enim te dereliquisse deos & christianū esse effectum. ℟. Audiens tyrānus thebeos milites idola vana feruore fidei accensos despicere stimulo perfidie in dei electos perurgebat. In cuius crudeli sentētia martyres ꝓpagationis gloriā meruerunt. ℣. De quoꝝ collegione nobis patronus deesset maximiani tyrannide martyr fulget Alexāder. In cuius gloria. In.ij.noct.eāq. Baptismatis quia dñi vnda sancti fuerant aspersi, acriter barbarica atrocitas insudabat, eos vt idolis vanis amota fidei constantia immolare compellere posset. ꝑs.

martyris.

Cum inuocarē Aña. Sicq; fatur Christus, ne desereret illos quos prouiderat sue deuotioni fideles, trāsmisit ad nos martyrē Alexādrū ps. Uerba mea Aña. Prompta nāq; domini martyr vince Alexander & deuotus miles cōstanter in dei laude roboratus perga meas arces ꝓperabat. ps Dñe dñs nr̄ ℣. Posuisti dñe super caput eius. ℟. Coronā de lapide precioso. Lectio quarta.

ET hec dicens petijt sibi mensam apponi linteaminibus coopertam: ⁊ ait ad beatum Alexandrum: accede nunc ⁊ sacrifica si de contemptu deorum non vis lucrari penas, sanctus vero Alexander diuino formatus spiritu ait: ℟. Gloriosus Christi miles Alexander dum tyrannus cruciatibus acriter in eius deseuiret mortem summi regis clementia. Confisus in eius deuote laude perseuerabat. ℣. Intrepidus itaq; dei athleta nec minis barbaroꝝ nec tormētis afficitur. Confisus. Lectio quinta.

QUare hoc nephādū preponis maximiane preceptū magnā siquidē vis exercere tirān dē. Et qdē reuererite, vt puta possum, regē: verumtñ vt deuz amare non queo. At cesar dixit ad eum.

Jubeo te mori nisi sacrficaueris diis. Sanctus vero Alexãder respõdit. Mors mihi a te illata vita est apud deum. ℟. Perductus dei athleta vbi idolorꝫ vana superstitio cole bat. Spe gloric eterne roborat⁹ dicebat. ℣. Ecce adoro regẽ angelorꝫ deũ viuum nõ manufactũidolum. Spe glo. Lectio sexta.

NAm ab hoc seculo recedens veram inter angelos perpetuam vitã ⁊ regem iustissimum creatorem nostrũ ac vestrum possidebo. Jn cuius respõsione admiratus cesar iussit eum sisti ⁊ suasoribus quidẽ verbis suadebat ei dicens, ⁊ si excusas sacrificare Alexander sacrificantibus cõsenti ijsdemqꝫ copulare. ℟. Iste est martyr inclytus verus domini & obseruator mãdatorũ promptus, qui Maximiani idola vana non coluit. Et ideo imperterritus inuentus mensam eius prostrauit pede, protector sui Christus. ℣. Baptismatis vnda salubriter perfusus vanos cultus idolorũ postposuit. Et ideo. In illi. noct. añ. Iste martyr in perseuerantia sua sancta domini sectatus precepta, vanos cultus demonũ patris expulit, vera irradiauit & fidei doctrina. ps. In dño cõfido. Añ. Martyr egregius lucifer velut

fulgens exortus ecclesiarum nostrarum est factus propagator. ℣s. Domine quis habitabit. Ant. Celebris nobis congaudentibus solennitas refulget, in qua demoniorum cultus expulsus est patria nostra: atq; martyr glorioſus triumphat martyrio coronatus ℣s. Domine in virtute. ℣. Magna est gloria eius in salutari tuo. ℟. Gloriam & magnum decorem impones super eum.

Lectio sancti euangelii ſm Lucam.

IN illo tempore dixit Jesus turbis. Si quis venit ad me ⁊ non odit patrē suum ⁊ matrem ⁊ vxorem ⁊ filios ⁊ fratres ⁊ sorores adhuc autem ⁊ animam suam, non potest meus esse discipulus. Et reliqua. Homilia lectionis eiusdem.

AT illo tacente nihilq; tyrāno respondente: iussit ministris vt apponerent mensam cum sacrificijs, Sanctus vero Alexander in celū respiciens dixit. Atq; vtinam tantam mihi deus gratiam daret: qui cuncta per Jesum Christum recta postulantibus prestat vere, vt possim ⁊ tuam voluntatem ad dei cognitionem conuertere: ⁊ vanissimam tui animi istam amputare insaniam. ℣. O martyr

egregie & miles, Alexãder precipue qui pre/ manſiſti in fidei glorioſus perſeuerantia. Conguaude vrbs que tanti gratiam meruiſti retinere patroni. ℣. Cuius efficax interceſ/ ſio facta eſt protectionis tue vera exultatio. Congaude vrbs. Lectio octaua.

VErum quia in hoc inſanabile ha/ bes malum: ex virulenta diaboli propinatione concretum: credere te in tuum creatorem diffido. Vide autem vo cauit ille qui in ſemine abrae: oudum pro miſerat benedicendas omnes gentes. ℟. Beatus Alexander dixit crudeli tyranno: mi/ ne tue ceſar conſtanter a me ſunt reprobate: & torméta que animo veſano infers vitã pre ſtabunt. Et apud dominũ coronã indeficien/ tem. ℣. Fidem enim meã audéter tibi ppo/ nam: quã cũ examinare ceperis inuenies for/ tiorem. Et apud. Gloria patri. Lectio noua.

PArce conſilijs tuis tandem ⁊ de dia bolicis malis plange ⁊ cognoſce vel ſero tuos actus neſandos, ⁊ crede in deum viuum, qui omnia ex nihilo fecit, vt poſ/ ſis euadere que ſunt tibi cum diabolo eter na preparata tormenta. Ad laudes ⁊ per horas antiphona. Audiens deuotus chri/

martyris.

sli miles tyranni iussa Maximiani in sanctos seuire congaudenter est ingressus yrbem nostram. ps. Dominus regnauit. cum reliquis añ. Ad quá cum venisset paganorum atrocitas martyrem idolorꝫ superstitionibus imolare cõpellebat. Añ. Costanter martyr precipuus tyranni iussa dei clemẽtia cõfidés despexit: ac pedes idola prostrauit. Añ. Ad hec quoqꝫ barbarica multitudo insurgés preces in se mente confusa frendebat beatus deniqꝫ martyr Alexander orabat dicens: benedico te rex Christe qui me supplicem confortasti inter iras tortorum. Añ. Inde sanctus martyr protractus exẽpto gladio spiculator caput amputauit, & eius animã angeli accedentes susceperunt, & debita laude domino presentarunt. Capitulũ. Gaudeat hodie. Hymnus. Alexãdri militia. ℣. Ora pro nobis beate Alexander. ℟. Vt digni efficiamur ꝓmissionibus Christi. Ad benedictus añ. Vidua quedã grata noie & opere corpus glorioſi martyris collegit & inꝓprio fundo diligenter condidit. Oratio vt supra. Ad tertiã. Capm. Gaudeat hodie. ℟. Gloria & honore coronasti eũ domine. ℣. Et cõstituisti eũ super opera manuum tuarꝫ.

℣. Posuisti dñe sup caput eius. ℟. Coronā de lapide precioso. Ad sextā. Capitulum.

CIbauit illum pane vite ⁊ intellectus, ⁊ aqua sapientie salutaris potauit illum: dominus deus noster. ℣. Posuisti domine super caput eius, Coronam de lapide precioso. ℣. Magna est gloria eius in salutari tuo. ℟. Gloriā & magnū decorem impones super eum. Ad nonam. Capm.

IUstus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo, ad dominum qui fecit illum: ⁊ in conspectu altissimi deprecabit. ℟ia bre. Magna est gloria eius in salutari tuo. ℣. Gloriam & magnum decorem impones super eum. ℣. Iustus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur. In secundis vesperis añ. Audiēs deuotus. Psalmi de vno martyre. Cap. Hymnus ⁊ ℣. vt supra. Ad magnificat añā. Egregius dei martyr Alexander diris tormentorum suppliciis pro Christo alacriter superatis, ac felicis pugne agone constanter expleto: tandē preciosa resolutus est morte; celo triūphans spiritū reddidit. Oratio vt supra In sancti Pantbaleonis martyris. Ad vesperas añā. Senator quidam, cum reti-

quis de laudibus. ps. Dixit dominus. cum reliquis in fine ps. Laudate dominum omnes gentes. Capitulum.

Beatus vir qui inuentus est sine macula ⁊ qui post aurum non abijt nec sperauit in pecunie thesauris: quis est hic ⁊ laudibus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. ℟. Deo gratias. Hymnus.

Deus tuorum militum sors ⁊ corona premium, laudes canentes martyris absolue nexu criminis. Hic nempe mundi gaudia ⁊ blandimenta noxia, caduca rite deputans peruenit ad celestia. Lenas cucurrit fortiter ⁊ sustulit viriliter, pro te effudens sanguinez eterna dona possidet. Ob hoc precatu supplici te poscimus pijssime: in hoc triumpho martyris dimitte noxam seruulis. Laus ⁊ perennis gloria deo patri ⁊ filio: sancto simul paraclyto in seculorum secula. ℟ Amen. Ad magnificat aña. Nō diceris vltra Panthaleon sed Panthalemon quod est omnium miserans: quia multos liberaturus eris. Psalis. Magnificat anima mea do. Oratio.

Deus qui beatum Panthaleonem martyrem tuū virtute constantie in

passione roborasti: et eius imitatione nobis tribue pro amore tuo prospera mundi despicere et nulla eius aduersa formidare. Per dñm. Ad matutinum inuitatorium. Christum regē venite adoremus: Qui beatum hodie glorificauit Páthaleonem martyrem. ps Venite. Hymnus. Deus tuorum militum. In primo noct. añ. Panthaleon senatoris Eustorgii filius in nicomedia ciuitate fuit eruditus literis liberalibus fructum daturus in tpe suo. ps. Beatus vir. Añ Hūc magister eius Eufrosinus medicus sepe duxit secum in palatium vbi reges & principes cōuenerunt in vnū. ps. Quare fremuerunt. Añ. Presbyter nomine hermolaus cathechizauit puerum Pathaleonē doctrina fidei catholice, & dñs suscepit eū. ps. Dñe qd multiplicati sunt. ℣. Gloria & honore coronasti eū dñe. ℟. Et cōstituisti eū sup opera manuū tuarū. Lectio prima.

INcipit passio sancti pāthaleonis martyris. In ciuitate nicomedia maximianus imperator multos christianos persequebatur propter fidem et regnum domini nostri Jesu Christi multi in montibus se abscondebant, alij in speluncis male et pes-

sime vitam suam consumantes alij autem in ciuitatibus morabantur absconsi. ℟. Senator noie eustorgius erat in ciuitate nicomedia habens filium noie Panthaleonem. Eruditum literis liberalibus. ℣. Hunc tradidit eufrosino medico instruendum omni arte medicine. Eruditum. Lectio secunda.

SEnator quidam nomine Eustorgius morabatur in eadem ciuitate habens vnicū filiū nomine Panthaleonē eruditū liberalibus literis: tradidit autem pater eius archiatro nomine Eufrosino vt eū oēm artem medicine doceret. Eufrosinus aūt frequēter eū secū ducebat ad palatiū. ℟. Erat qdā presbyter noie hermolaus absconsus in domo sua cum aliis christianis. Et transibat panthaleon per domū eius frequēter. ℣. Intellexit presbyter in puerū qd esset vas electionis futurus. Et transibat. Lcō iii.

ET videbant cum oēs panthaleonem, dicebantq; eufrosino magistro eius. per salutē deorum quia magnū discipulū habes ⁊ eum speciosum quo nullus in palatio potest esse formosior: Eufrosinus autem dixit hic est filius eustorgij senatoris: cuius mater defuncta est ⁊ tradidit eum

mihi, vt addisceret dēm artem medicine. ℟. Panthaleon sicut arbor fructifera suscepit verba presbyteri. Et melius ac melius cōfirmabatur in fide. ℣. Sic enim plenus erat gratia domini nostri Iesu Christi. Et melius Gloria patri. In ij noct. añ. Dedit illi dominus in corde suo letitiam, & frequētās domum presbyteri confirmabatur in fide. ps. Cum inuocarem Añ. Intellexit clamorem eius dominus deus: ideo dum oraret puer a serpente liberatus est. ps. Verba mea. Añ. Per Panthaleonem nec dum baptizatum fecit deus miraculum: sicut centurio ante baptismum accepit spiritum sanctum: domine quam admirabile est nomen tuū. ps. Dñe dñs noster. ℣. Posuisti dñe sup caput eius. ℟. Coronā de lapide precioso. Lectio. iiij.

Et omnes qui cū eo erant dixerūt per salutez deorum quia dignus est puer iste imperatori seruire. Tūc cū vidisset imperator Panthaleonem cōmendauit euz magistro suo: vt cum omni diligentia euz doceret volens eū secū habere. ℟. Currens cum gaudio magno Panthaleon cecidit ad pedes presbyteri dicēs. Rogo te serue dei da mihi baptismū īmortale. ℣. Ego iam ex

martyris.

hodierna die credam qm̄ non est alius deus preter dn̄m Iesuz chr̄m. Rogo te. Lectio. v.

QUi cum magistrum suuz sequeretur ⁊ esset quidam presbyter nomine Hermolaus abscōsus in domo suo cum alijs christianis ⁊ transiret Pantha leon frequenter per domū presbyteri ⁊ vi deret eū presbyter cū omni diligētia ⁊ di- sciplina transeuntē, intellexit per spiritum sanctum quia vas electionis futurus erat Panthaleon ⁊ vocauit eum ad se presby ter, ⁊ ingressus salutauit eū dicēs: gaudeas iuuenis, panthaleon rn̄dit: gaudeas ⁊ tu pater sanctissime omni honore dignus. ℟. Beatus Panthaleon tetigit oculos ceci & ora uit dicens dn̄e deus. Iube vt cecus iste lumē videat oībus diebus vite sue. ℣. Qui sanas egrotos & viuificas mortuos, illuminas cecos & dirigis iustos. Iube vt cecus. Lectio vi.

PResbyter tenens ei manū fecit eum sedere, ⁊ dixit ei, fili quis es vel quid agis? Pathaleon respondit, filius sum eu storgij senatoris, mater autem mea embo- la iam magnum tempus est ex quo defun- cta est: pater aūt meus paganus vsqz nūc, mater autem mea christiana defuncta est.

℟. Mox vt cecus uidit Eustorgius credidit Alter corpore vterq; mente illuminatus est. ℣. Quod cum Panthaleon nunciaret hermolao in fide sancte trinitatis baptizatus est. Alter. Gloria. In tertio noct. aña. Baptizatus Panthaleon auertit patrem sum ad ydolorum cultura: quoniam in domino confisus est. p̄s. In domino confido Aña. Ingressus sine macula dixit ad paralyticū, in nomine Iesu Christi esto sanus ab ista hora. p̄s. Dñe qs. Aña. Voluntate labior̄ eius non frandasti eū dñe per cuius orationé paralyti cū & cecū curasti. p̄s. Dñe in virtute. ℣. Magna est gloria eius in salutari tuo. ℟. Gloriā & magnū decorē impones super eū.

Lectio sancti euangelij ſm Lucam

In illo tēpore dixit Jesus turbis. Si quis venit ad me & non odit patrem suum & matrem & vxorem & filios & fratres & sorores: adhuc autē & animam suā: non potest meus esse discipulus. Et reliqua. Homilia Lectionis eiusdem

Presbyter dixit nihil nostri asclepius neq; Ypocras neq; Galienus neq; aliqui dij quos colit imperator sed veni fili cōsenti verbis meis & crede Christo per

martyris

cuius oratione langores possis curare. Ipse est dominus qui mortuos suscitat, cecos illuminat, mulierem a profluuio sanguinis liberauit, demonem effugauit. ℟. Sanctus pãthaleon defuncto pre manumisit seruos suos dans eis pecunias & qd remãsit erogauit pauperibus. His q in pressuris erant cõstituti. ℣. Sãctis qui a maximiano torquebant pro Christi noie curã pendebat & alimoniam prestabat. His. Lectio octaua.

DE aqua vinum fecit & multa mirabilia fecit quorũ non est numerus non derelinquit seruos suos dns: sed liberat eos ab omni tribulatione: pãthaleon suscipiens verba sicut terra fructũ, sic suscipiebat verba presbyteri, & dixit panthaleon presbytero, ista oia verba que tu prdicas pr audiebam frequẽter a matre mea qñ orabat in Christo. ℟ Martyr dei Panthaleon cũ eo lapis imanis in mari itavt lignũ natauit, quẽ leones & feroces bestie vernerabant pauide. Tuere nos piis tuis pcibus, a crudelitate demonũ, & imanitate peccatorꝝ nostrorꝝ. ℣. Cuius corpus sicut nix album est, de quo lac cucurrit pro sanguine: arbor vbi ligatus erat repleta est fructu. Tuere. Lectio nona.

HErmolaus presbyter dixit. Crede in Christum: & eris medicus maior oibus, non enim derelinquit querentes se. Accepit ergo baptismū a presbytero & melius cōfortabat: non enim ibat ad domum suā nisi per domum presbyteri transiret. Ad laudes & per horas ana. Senator quidam noie Eustorgius morabatur in eade ciuitate habens filium nomine Panthaleonem eruditū liberalibus literis. ps. Dñs regnauit. Cum reliquis de laudibus ana. Acceptumq; discipulū Panthaleoné arte medicine erudiebat, frequéter itaq; Eufrosinus eius magister in palatiū eū secum ducebat. Ana. Fuit itaq; quidam presbiter noie Hermolaus absconsus in domo sua cū aliis christianis & transibat Panthaleon per domum ipsius. Ana. Et respiciens beatus Panthaleon in celū dixit, domine Iesu Christe, si dignus sum seruus tuus esse, in tuo noie crepet hic serpēs, & puer liberatur & statim crepuit serpens, & puer liberatus est. Ana. Gratias tibi ago domine Iesu Christe quia me dignatus es seruū tuum esse all'. Cap. Beatus. Hymnus.

MArtyr dei qui vnicum patris sequē
do filium, victis triumphans hosti-

ous victor fruens celestibus. Tui preca/
tus munere nostrum reatum dilue: arcens
mali contagium vite remouens tedium.
Soluta sunt iam vincula tui sacrati corpo
ris, nos solue vinclis seculi amore filii dei
Deo patri. ℣ Iustus vt palma florebit. ℟.
Sicut cedrus libani multiplicabitur. Ad be/
nedictus aña. Beatus Pathaleon tenuit ma/
num paraclyti dicens, in nomine Christi esto
sanus, ab ista hora, & statim surrexit & abiit
in domum suam gaudens & dans gloriam
deo. Oratio vt supra. Ad iii. Cap. Bea/
tus. Ria bre. Gloria & honore coronasti
eum domine. ℣ Et constituisti eum super
opera manuum tuarum. ℣ Posuisti domi
ne super caput eius. ℟. Coronam de lapi/
de precioso. Ad sertam. Capitulum.

CIbauit illum pane vite ⁊ intellectus
⁊ aqua sapientie salutaris potauit il/
lum dominus deus noster. Ria bre. Po/
suisti domine super caput eius. ℣. Coro/
nam de lapide precioso. ℣. Magna est glo
ria eius in salutari tuo. ℟. Gloriam & ma/
gnū decoré iponés sup eū. Ad nonā. Cap.

IUstus cor suum tradidit ad vigilan/
dum diluculo ad dominum qui fecit

illum ⁊ in cōspectu altissimi deprecabitur. ℟ia bre. Magna est gloria eius in salutari tuo. ℣. Gloriam & magnum decorem impones super eum. ℣. Iustus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur. In secundis vesperis añ̄a. Senator quidā cum. Cum reliquis de laudibus. p̄s. De vno martyre. Ad magnificat añ̄a Apparuit Christus Panthaleoni in similitudine Hermolai presbyteri dicens, serue bone gaude quia confortabo te. Beatus quem elegisti domine. Oratio vt supra.

In festo translationis vel apparitionis sancti Marci euangeliste. Oratio.

DEus qui gloriosa beati Marci apostoli ⁊ euangeliste mēbra nobis tuis famulis hodierna die largiri vel ostendere dignatus es: concede propitius, vt eius corporis apparitionem vel translationez venerando colimus: ipsius beatitudini te concedēte adiungi mereamur. Per dñz.

In festo btē Ursule virginis ⁊ mar. Cap̄.

FRatres de virginibus autem preceptum domini non habeo: consilium autem do tanquam misericordiam consecutus a deo vt sim fidelis. Oratio.

℣ Ursule virginis.

DEus qui largiflue bonitatis consi/lio ecclesiã tuam beate Ursule virgi nis ℣ martyris tue sociarũq; eius ꝑclare: in te meritis decorasti, ℣ gloriosis letificasti miraculis, cõcede ꝓpitius nobis famulis tuis: vt ℣ ipsaꝝ in melius reformemur exẽ plis, ℣ ab oĩbus earum patrocinio ꝓtegamur aduersis. ℘er dñm. Ad sexta Cap.

VOlo autem vos sine sollicitudine esse, qui sine vxore est sollicitus est que sunt domini, quomodo placeat deo.

Ad nonam. Capitulum.

QUi autem cũ vxore est sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat vxori, ℣ diuisus est, mulier innupta ℣ virgo cogitat que domini sunt, vt sit sancta ℣ corpore ℣ spiritu in Christo Jesu domino nostro. Oratio pro defuncta.

QUesumus dñe pro tua pietate miserere anime famule tue ℣ a contagiis mortalitatis eputam in eterne saluationis partẽ restitue. Qui viuis ℣ regnas in secula seculorum. Amen. 1568. 1568

FINIS.

8862178
05fc